



RHETICIVS HEDVORVM PRAESVL.
Heticius Heduorum & Germanorū, qui Rhe-
no transgresso in proximam Galliam peruenie-
rant, Episcopus fuit, qui uerbo & exemplo indies
multos ad Christi religionē perduxit, anno 320. sub
Constantino Magno Cæsare. erat enim diuinarum
literarum studiosissimus, & propter excellentē do-
ctrinam ubiqz terrarum notus. propterea etiā in ali-
quot diuinos libros commentarios conscripsit, &
contra Nouatianos librum ædidit. Meminit & S.
Hieronymus expositionum eius super Cātica Can-
ticorum, quas tamen ex parte reprehendit. Trit. in
script. Ecclesiasticis.